

Ad vij. sic procedit. Videtur enim quod papa christianos existentes sub domino i-
 fidelium deat ab eorum domino subtrahere. quod apostolus mandat. **1. Cor. vj.** fide-
 les coram infidelibus iudicibus non esse veniendos dicentes. Audet aliquis vestrum ha-
 bens negocium aduersus alterum iudicari apud impios et non apud sanctos et postea
 concludit. auferte hoc malum ex vobis. ergo eorum dominus fideles sub domino infide-
 lium existere non debent. **¶** Peccator non habet iustum dominium super iustum. **¶** Sed glo-
 sa ad **1. Cor. xv.** quod omnis vita infidelium peccata est. ergo infideles fidelibus christianis
 iuste dominari non possunt. **¶** Fidelis non debet matrimonium contrahere cum infidelibus quod
 dissipat cultus impedit contrahendum et dirimit peractum. ergo similiter fidelis
 non est supponendus sub domino infideli. **¶** In contrarium est apostolus. **1. ad Thim. vj.**
 ubi ait. Quicumque sunt sub iugo huiusmodi dominos suos infideles omni honore dignos
 arbitrentur. ne nomen domini et doctrina christi blasphement. **¶** **1. Cor. vj.** quod ista du-
 bicatione expressit determinat apostolus. **1. ad Thim. c.** super dicitur. ubi illos pseudo-
 docebant christianos a domino infidelium esse subtrahendum eo quod per christum ab eorum
 domino literati erant. **¶** Non acquiescere sanis sermonibus domini nostri ihesu christi
 et ei qui secundum pietatem est doctrina. et appellat eos superbos nichil scientes. sed
 languentes circa questiones et pugnas verborum. eo quod doctrina christi blasphema-
 bat per eos. appellabat enim doctrina christi ab infidelibus iniqua et iniusta ex qua
 mandabat suos a domino suorum dominorum esse subtrahendos. unde sanctus dicitur alii ex
 hoc oriebat. Sciendum est tamen quod propter tria christi potest christianos a domino infideli-
 um iuste subtrahere. Primo propter iniustitiam dominii ademptionem. quod quis enim
 a iure dicitur. **1. Reg. x.** de ciui. dei romanos dixisse se iuste imperare puincijs quas
 violenter occupauerunt. quod utile erat eis sic habere eo quod in vobis per dominium
 romanorum accipiebatur licentia nocendi subditis. Puto tamen habere sufficientem cau-
 sam non esse iuste dominationis. ut quod possit aliquis iuste dominari alieni inuito quod
 tamen suum dominium illi utile esse cognoscatur. Nam si infideles violenter ac-
 ceperunt dominium super fideles iuste christi sunt fideles a domino illorum subtrahende.
 Secundo propter iniustitiam usum et si non iuste retentur eorum dominium precipiendo eis
 illicita contra mandata dei et virtuosos mores vel insolita imponendo onera
 graua et impotabilia. Tercio propter indecentem statum nam in ecclesia primitiua quod to-
 tus mundus erat plenus gentibus infidelibus. patris a dominium infidelium erat
 mundo exiuisse. si ab eorum dominio voluissent se subtrahere sicut dicit apostolus. **1. ad Cor. v.**
¶ Sed nunc quod multitudo gentium iam intravit ecclesiam non ta-
 veret mala suspitione. si christianum poteres stare sub dominio infideli. prope ope-
 re pararet sub infideli dominio permanere. Non puto quod in presenti statu christi
 potest et debet hoc prohibere. **¶** Ad primum ergo dicitur. quod ideo apostolus prohibuit
 fidelem ab infideli iudicari. quia in iudicij contentiones et pugne oriun-
 tur et seruum dei non oportet litigare. sed mansuetum esse ad omnes. **¶** Sed